

crux de argento deaurata cum pede in uno corio, una cassula parva, in qua sunt una parva crux cum pede de argento deaurato et quatuor cultelli in duabus vaginis cum manubriis de corallo, aliud vasculum plenum reliquiis, multa signacula librorum et unus pannus lineus cum multis reliquiis, cassa lignea, in qua sunt due cooperture corporalium, una, quarum est cum perlis, alia cum litteris aureis, una bursa deaurata, unum corporale, una alia cassa, in qua sunt due cooperture corporalium et unum corporale, una alia cassa cum tribus coperturis corporalium, unum est cum auro, perlis et gemmis alia vero duo sunt communia et duobus corporalibus, quatuor vase cum cultellis de mensa magnis et parvis et broquis, unum scindipennium cum manubrio¹ de ebore, una nicla circumdata argento, unum vas argenteum pro crismate et duo vascula de argento pro triaca media, nux circumdata undique auro, coppa fracta de cristallo cum pede et copertorio de argento deaurato in corio, unus flasco de porfino cum uno superpelliccio, una cuppa de mazaro cum pede argenti, una pixis pro hostiis ornata perlis habens intus quasdam perlas et modicum de ligno crucis et una lingua serpentis, tria superpellicia, unus cultellus cum manubrio de iaspide; et ista supradicta erant inclusa in quodam cofino, ubi est hec littera F. Item unum superpellicium in fundo cofini, ubi est litera G. Quatuor tabule pictae simul ligate, unum mitrale cum tribus mitris de bombace et duabus de diaspero et unum vexillum, tresdecim cippi de mazaro in corio cocto, una magna cuppa de mazaro cum pede argenti, duo pulvinaria altaris, due scutelle, una de alabaustro et alia de iaspide rubeo, duo cisoria de alabaustro involuta in una camisia et una palla de lino, una cassa de ligno, in qua sunt novem flabellae et aliqua pulchra frustra coralli et quedam minute pecie de corallo. Et supradicta sunt in quodam cofino, in quo est littera G. Item una mappa de opere theotonico, unum vexillum fractum, due pecie non integre de iam-bellocto, aliqui quaterni sermonum, qui incipiunt: *non invenire poterimus*, unum pluviale imperfectum cooperatum sirico et auro multis ymaginibus et perlis, una dalmatica completa et fornita auro et sirico, unus crucifixus magnus et pulcer de ebore cum pede et multis ymaginibus scultis, due tabule lignee depicte, quadraginta quinque anuli aurei in una cassa lignea depicta, una coppa de mazaro cum pede argenti, una cassa parva pulchra et deaurata et bene ferrata. Que omnia erant inclusa in cofino de H. Datum Avignon. III kal. novembris pontificatus nostri anno septimo.

R o m.

E. Göller.

Aus dem Archiv des Fürsten Colonna.

In Band 15 dieser Zeitschrift habe ich aus dem Archiv des Fürsten Colonna fünf Diplome publiziert, denen unterdessen der verstorbene

¹ Ms. manubrio.

Scheffer-Boichorst ein sechstes hinzugefügt hat, das Diplom Konrads IV. für Eustasius Philippi von Messina, dat. 1252 April (Neues Archiv XXVII, 99). Ich habe Mühe gehabt, diese Urkunde aufzufinden, und füge darum auch deren genauere Signatur hinzu XCIII 38 (n. 5487 des Zettelkatalogs). Denn erst jetzt sind die Ordnungsarbeiten, denen sich Professor G. Tomassetti mit bewunderungswürdigem Eifer unterzogen hat, soweit gediehen, dass eine vollständige Uebersicht über die Urkunden des fürstlichen Archivs möglich ist. Da bin ich nun auch noch auf ein siebentes Diplom gestossen, eine Urkunde desselben Konrads IV. für Astasius den Magister Prothontinus von Sicilien und Calabrien, dat. 1253 Juli.

Ich publiziere sie jetzt, mit herzlichem Bedauern, dass ich sie nicht mehr zu besserer Verwertung dem Gelehrten zusenden kann, dem die Entdeckung eines neuen staufischen Documents immer eine besondere Freude war. Gewiss hätte sie Scheffer-Boichorst mit einem jener klassischen Kommentare (und das Amt des Prothontinus verdiente wohl einen solchen) versehen, in denen er ein unerreichter Meister war.

König Konrad IV. bestätigt dem Magister Prothontinus von Sicilien und Calabrien Astasius, Bürger von Messina, die ihm von Petrus Rufus von Calabrien, Grafen von Catanzaro und Marschall von Sicilien, im Tenimentum Briatico angewiesenen Lehen. Vor Neapel 1253 Juli.

Inseriert in das Diplom König Jacobs von Aragon und Sicilien von 1291 Juli Messina für Benincasa de Granata Pilitis, den Enkel des Astasius — Rom Arch. Colonna (XXIX 23).

Conradus Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens priuilegium notum facimus uniuersis fidelibus nostris presentibus uidelicet et futuris quod Astasius magister prothontinus Sicilie et Calabrie, ciuis Mess(anensis), fidelis noster nostro culmini supplicauit ut, cum dudum sibi in annuo ualore quindecim unciarum auri ad seruicium unius militis et unius balistarii per Petrum Rufum de Calabria comitem Catancarii et regni Sicilie marescalcum, dilectum alumpnum familiarem et fidelem nostrum, de excadenciis curie nostre in sua iurisdicione sistentibus mandauerimus prouideri, et idem Petrus ei in tenimento Briatici de excadenciis curie nostre, uidelicet Beuito, Terraguasta¹ et Luci massariis nostris, castrorum nostrorum municionibus seu nostris solaciis minime deputatis, pro eodem ualore annuo assignarit, ea sibi, prout ab eodem Petro assignata sunt ei, et suis heredibus confirmare de nostra gratia dignaremur. Cuius supplicationibus inclinati, predictas excadencias, prout ab eodem Petro assignate sunt, ei et suis heredibus in perpetuum de nostra gratia confirmamus, saluis in omnibus mandato ordinatione et fidelitate nostra et heredum nostrorum et predicto seruicio unius

¹ Beuit. Terraguast.

militis et unius balistarii, quod inde nostre curie debeatur. Ad cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens priuilegium per magistrum Johannem de Casali notarium et fidelem nostrum fieri et majestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in obsidione Neapoli per manus Gualterii de Ogra regni Sicilie cancellarii anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, mense iulii undecime indicionis.

P. K e h r.
